

7. Sekundärliteratur

Der schwedische Pietismus in seinen Beziehungen zu Deutschland. Eine kirchengeschichtliche Untersuchung.

Pleijel, Hilding

Lund, 1935

11. Anonymes Bedenken. Etwa v. J. 1724.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

möchten dieselbe nahmhafft machen; aber sie haben keinen nennen können. Alle die, so zu Zickla gewesen, sind vor der Commission in ihren Glaubensartickeln, sonderlich die neue Controversien betreffende, genau examiniret worden, haben auch nachgehends ihr Glaubens-Bekändtniss u. ihre Meynung von denen streitigen puncten schriftlich entdecken müssen, welches in einem ziemlich weitläuffigen Scripto im Nahmen aller geschehen. Der getreue Gott lasse alles zur herrlichen Erweiterung seines Reichs gedeyen!

Einliegendes Goldstück u. 1 Ducaten wollen Ew. HochEhrw. hochgeneigt annehmen, als eine schlechte Gabe vor die Waysen im Waysenhause, doch bitte 1 Rlr davon H. Mildten, nebst hertzlichen Grusse, zu geben. Der liebe Gott gebe mir seine Gnade zur wahren Hertzensbusse, auf welcher die rechtschaffenen Früchte folgen! Ew. HochEhrw. wollen dissfalls mich in dero hertzliche Vorbitte nehmen, dass ich den Herrn Iesum möge recht mit Ernst suchen, auf dass Er sich von mir finden lasse, Amen! Empfehle hiemit Ew. HochEhrw. sammt dero hochverehrteste Herren Collegen u. Gehülffen als meine theuer gewesene u. noch seyende theure Lehrer, der väterlichen Obhut Gottes, verbleihende allstets

Ew. HochEhrw.

Zu allem Gehorsahm schuldigster willig.

Georg Frid. Wredow.

11. Anonymes Bedenken. Etwa v. J. 1724.

(Franckes Nachlass 29. BSB.)

Occasione Concilii Ecclesiastici mixti, ex omnibus quatuor Regni ordinibus apud nos constituti, quod vulgo Ecclesiastique deputation vocant, Quaeritur:

- 1) Utrum cognitio causarum Fidei earumque disceptatio ad Solum Clerum pertineat, an etjam ad laicos et quosvis Reipubl. Christianae Status?
- 2) Quomodo disciplina Ecclesiastica verusque Dei cultus sublati abusibus in ejus gloriam atque Ecclesiae aedificationem quam optime sit instituenda?
- 3) Qua ratione resistendum sit contradicentibus, praecipue Clericis?
- 4) Quomodo per ordinantiam quandam Scholasticam, quam Schul-Ordnung vocamus, juventuti in Scholis, Gymnasiis et Academiis degenti, quam optime sit consulendum, qua methodus studiorum praescribenda, quinam libri in usum juventutis prae ceteris com-

- mendandi, etc. unde tam in pietate infucata, quam in vera doctrina proficere queant?
- 5) Utrum, rebus sic stantibus, conducere, publicum aliis Religionibus, praesertim Reformata, concedere Religionis exercitium?

Respondit Vir Magnificus:

Ad Quaest. I.

Cognitionem causarum fidei earumque disceptationem pertinere quidem primario ad Clericos; non tamen excludi Laicos. Quia *a*) Christus imperat, ut caveant sibi a *Ψ*eudoprophetis Mat. VII ut scrutentur scripturas Ioh. 5. Conf. exemplum Berrhöensium *β*) Hinc etiam omnes Orthodoxi nostri Theologi hoc ipsum unanimi defenderunt consensu contra Papistas. *γ*) Inprimis vero hoc ipsum patet ex concilio Hierosolymitano, de quo D. D. Schelgvgius peculiarem edidit Dissertat. ex professo Sententiam nostram vindicans contra Pontificios.

Ad Quaest. II.

Injungendum esse ministris Ecclesiae per mandatum Regium, ut veram ac coelestem doctrinam auditoribus suis non tantum Theoretice, sed etiam practice cum applicatione ad conscientias earundemque necessario examine proponant, eosque adeo ad conversionem et veram fidem manuducant, utque frequentes instituant catechisationes. Ante omnia vero omnem in hoc operam consumendam, ut Ecclesiis fideles praeponantur pastores, qui ipsi sunt regniti. Studiose ergo cavendam esse omnem Simoniam. Quod si verbi ministris quaedam concedi posset libertas indignos a Sacra coena arcendi, non quidem fore id ipsum sine utilitate; attamen hic caute procedendum.

Ad Quaest. III.

Ante omnia per edictum quoddam regium solide, cum responsione ad omnia ea, quae a contraria parte moveri possint, dubia remonstrandum esse, quam ob causam instituta sit haec deputatio, scil. non ea mente, ut novam introducere velint doctrinam, quippe quam omnes orthodoxam esse in patria nostra fatentur. Sed hunc tantum in finem, ut ab iis, quorum interest Religionis h. e. doctrinae ac pietatis curam per universam gerere patriam, scil. a supremo magistratu, quem deputati ordinum regni omnino repraesentant, propter Dei gloriam ac Ecclesiae emolumentum summo studio inquiratur: num omnes et singuli hanc ipsam ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν in scriptura contentam, a confessoribus nostris et antiquis Theologis explicatam at in certa capita redactam, ea qua de-

berent, puritate, pietate, sinceritate, ac, ut verbo dicatur, orthotomia, suis proponant auditoribus, et: quatenus praecipua sint obstacula, quae hucusque impediverunt, quominus genuina illa, quae secundum pietatem doctrina est, radices in cordibus auditorum figere non potuit, ac quomodo sint removenda. Talis inquisitionis necessitatem, pariter ac utilitatem nemo non perspicit; Proinde, si qui essent, qui his solide remonstratis nihilominus prae fracte negarent atque resisterent istius modi tum homines alia ratione compescendos esse. Quin et cohibendos esse eos, qui Böhmii ac Fanaticorum sectantur principia, quo omnis evitetur suspicio.

Quaest. IV.

Rebus sic stantibus, non quidem consultum esse: Quia α) pluri-
mi ex nostris possent seduci β) sic daretur causa contradicentibus
calumniandi γ) Domini Reformati astute solent procedere, usque dum
concessum ipsis fuerit liberum Religionis exercitium, quo impetrato
magis magisque opprimere solent Lutheranos, imo interdum eo pro-
gressi usque dum Religio eorum, oppressa Lutherana, facta fuerit
dominans. Cuius rei varia sunt exempla. δ) Haec ergo ad regulas
prudentialium Christianae ex ratione metus sunt ponderanda ac potius
respicienda, quam utilitas illa civilis, quae quoque in se minor est,
quam sibi persuadent quidam de vera religione minus solliciti
homines.

Quaest. V.

Edicto Regio statuendum esse, quod sit abstinendum ab istius
modi obsoletis scholasticorum triceis, ac e contrario non tantum vera
Theologia, sed et sana Philosophia juventuti clare proponenda.
Omnem vero impendendam esse operam, ut pii, probati ac fideles
praeceptores, juventuti in Scholis, Gymnasiis et Academiis prae-
ficiantur, cum illae sint seminaria tam Reipubl. quam Ecclesiae.

